Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26278
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ferreos confregit. Stulti propter viam
sceleris eorum. & propter iniquitates affli
ctos. Omnem escam abhominata est anima
eorum. & accesserunt usque portas mortis.
Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur
sua. & de angustiis eorum liberavit eos.
Misit verbum suum & sanavit eos. & liberavit
de interitu. Confitentur domino misericordie ejus. &
mirabilia ejus in filios hominum. Et im
molent hostias laudis. & narrent
opera ejus in laude. Qui descendunt mare
in navibus. facientes operationem in aquis multis.
Ipsi viderunt opera domini & mirabilia ejus in
profundo. Dixit & stetit spiritus procel
latus. & exaltati sunt fluctus ejus. Ascen
dunt usque celum & descendunt usque abyssos.
anima eorum in afflictione consumpta est.
Obstupuerunt & contremuerunt quasi
ebrius. & universa sapientia eorum ab
sorpta est. Clamaverunt autem ad dominum cum tri
bularentur sua. & de angustiis eduxit